

G corporalem. Nudatur pallio, cū eius conscientia manifestatur. Sed est & quæ bene nudatur, cui licet imitari dicent: Venit enim princeps huius mundi, & in me inueniet nihil: quia certe in illo solo nihil inuenit, quod peccatū nō fecit. Beata & illa est in qua nō grauius aut multa inuenit, sed inuenit in ea cū fidei, & sapientiæ disciplinam. Itaque sine dispendio sui, quia & si uolet quis, non potest veram auferre sapientiā: & si aduersarius obstrepat, ibi tamē vera innoxia cōuersationis elucet integritas. Sine dispendio ergo trāsiuit custodes, & filiabus illius celestis ciuitatis admixta uerbum requirit, & querendo eius in se excitat charitatē, & ubi uerbum querat, agnoscit. Quod inter orationes sanctorum moretur, & ipsis inheret, nouit: & quod ecclesiā suā uel animas iustorum suorum inter lilia pascat, intelligit. Hoc mysterium tibi in Euangelio dñs demonstrauit, cū in sabbato duceret per seminata discipulos. Moyses per desertum duxit populum Iudeorum, Christus per seminata ducit, Christus per lilia ducit, quia per passionē eius desertū floret ut liliū. Sequamur ergo, ut in die sabbati, illius magni sabbati in quo requies magna est, fructus colligamus. Ne uerearis ne pharisæi accusent seminata colligentē. Et si illi accusant, sed Christus excusat, & similes facit quas uult animas: se sequētes, David illius, qui supra legem panes propositionis manducabat, nouæ gratiæ sacramenta prophetica iam tunc mente prospiciens.

H De laudatione animæ a sponso, quod tā bene & constanter requiritur eum: & quod tam fidelis, & uerbo potēs, & fructibus fecunda diuersis: quodq; vna sicut columba habens spiritus unitatem, in qua sit pax, quæ fecit utraq; vnum. Caput. VII.



AVDATVR itaq; a sponso, quod tam bene & constanter requiritur eum: ideoq; iā non solum soror dicitur, sed etiam beneplacita nominatur, quasi ei cōplacita, qui cōplacuit patri: & speciosa sicut Hierusalem, sicut admiratio ordinata, quod ciuitatis eterne uniuersa habeat mysteria, & admirationi sit omnibus uidentibus eam: quia plena ut æquitas atq; perfecta est, & fulgorem de uerbi lumine mutuata, dum id semper intendit, sit etiā terribilis ordine quodam ad summum profecta uirtutum. Ideoq; quasi perfectę dicit: Auerte oculos tuos a me, nō contra me intendere, deuotione nimia ac fide possibilitatem nature & cōditionis propriæ supergressa, quia lucem inaccessibile e regione intueri est graue. Auerte, inquit, oculos tuos a me, eo quod plenitudinē diuinitatis eius, & splendorem ueri luminis sustinere non possit. Possumus tamen & sic accipere: Auerte oculos tuos a me: Et si tu perfecta es, aliq; mihi adhuc redimendæ sunt animæ, aliæ fulciendæ. Eleuas enim me uidēdo: ego autē ideo descendi, ut omnes eleuē. Et si surrexi, & habeo patris sedem, tamen orphanos nō relinquam uos, paterno præsidio destitutos, sed præsentia mea uos confirmabo. Habes in Euangelio hoc scriptū: Ecce ego uobiscum sum usq; ad cōsummationem mudi. Auerte ergo oculos a me, quia me eleuas. Quanto enī quis ad dominū intendit, tanto amplius dominū eleuat, & ipse eleuatur. Vnde & ille ait: Exaltabo te domine, quoniā suscepisti me. Sanctus enim exaltat dominū, peccator humiliat. Vult enim auertere illā oculis, ne eam consideras, quod iam ad superiora sequi possit, eleuetur, & ceteras animas derelinquat. Ideo & in Euangelio non omnibus discipulis, sed perfectionibus suam gloriā demonstrauit. Cōstitue nunc aliquē doctore, qui rem obsecram uelit aperire audientibus: quemadmodum et si ipse potens in sermone sit & scientia, cōdescēdat tamen ad eorum infirmitatē qui non intelligant, & simplici & platiore atq; uisitato sermone utatur, ut possit intelligi. Si quis igitur inter audientes uiuacior sensu sit, qui facile se

qui possit, eleuat eum atq; excutit. Hūc uidēs doctores & uocat, ut patiat magis doctores humilioribus & platiore: immorari, quo & ceteri sequi possint. Quod ait Aquila, sonans ut reuelata: sonantē ad admirationem dignā retulit, quasi magna & sonora habentē opera, reuelata ad operū claritatē: uel quod eius animæ opera luceant corā patre qui in cælis est. Vnde nō ociose palliū eius sublatū intelligis, ut aperta meritis & nuda fulgeret. Laudatur præterea quod fidelis, quod uerbo potēs, quod fructibus fecunda diuersis, quod vna sicut colūba habens spiritus unitatē, in qua sit pax, quæ fecit utraq; vnum: & quæ nō sit cōposita ex diuersis elementis discretæ compugnatisq; naturæ. Quid enim tā diuersum q̄ ignis & aqua, aer & terra, ex quib; corporis nostri creatura cōstitit? Anima autē benedicta omnis simplex, quæ imitatur dicēt: Ut omnes vnum sint, sicut tu pater in me, & ego in te: & ipsi in nobis vnum sint. Hæc est enim cōsummatio atq; perfectio. Vnde & addidit: Ut sint vnum, sicut & nos vnum sumus, ego in his, & tu in me, ut sint cōsummati in vnum. Hæc est ergo anima colūba atq; perfecta, quæ simplex atq; spiritalis neq; huius turbatur corporis passionib; in quo foris pugna, intus timores sunt. Deniq; hoc uerbo unitatis cōcordiā & pacem significari scriptura nos docet dicens: Multitudo autē creditū habebat cor vnum, & animam vnā, & nō erat separatio in eis ulla. Nec ociose fecunditatis laudatur anima, non solū quod sit fecunda uirtutibus, sed etiā quod nihil habeat in se mali. Illud enim decorū atq; speciosum est, in quo nihil sit mali. Decorū enī quod bonum: quod autem indecorū, hoc malum. Speciosa fecunditas est bonorum operum. Cōtraria enim speciositati sterilitas: quoniā qui priuatur specie uel decoro, in eo est malum: quod autem malū, hoc sterile & infecundū. Cuius rei quod euidentius indicium quā natura est? Terra enim quæ bona est, fertilis atq; fecunda: quæ autē mala, ea ieiuna atq; sterilis: quæ uero fertilis, hæc decorata. Quid enim pleno agro pulchrius, cum leges fluat, cum poma irruunt, uel cū uarum ferta dependant, aut bacis onusta olea curescit, uel uiridanti gramine montium vertices, uallium humilia uestiant? Et ut scripturæ utamur testimonio, Iacob decorus erat, & ideo erat odor agri pleni. Esau hispidus erat & indecorus, & ideo agrestis erat, qui fructus illos habere non posset. De ipso quoq; dño posteq̄ Ecclesiæ fecunditatem fecit assurgere, pulchre dictū est: Dñs regnauit, decorū induit. Et alibi: Cōfessionem & speciem induisti. Liqueat igitur decorū id esse quod fecundū, indecorū quod infecundū. Similis est causa animæ soli, quia ea decora anima, quæ fecunda sit meritis, fecunda cōsiliis: ea indecora quæ steriles infirmitate. Sedenī animæ sūt steriles & materia. Nāq; ea sterilitas fructu defraudat suo, inopiā infert, timorē incutit, adolet cupiditates & uanas opinionēs. Sic anima cadit. Quid ergo est malitia, nisi boni indigentia? Suo enī defraudatur, atq; alieni indiget, exinanitur atq; repletur sine mensura & modo. Materialia autē uitiā animæ obstruant gratiā. Ignorantia & cōcupiscentia animæ sūt ægri tudines, sed ad speciem magis quā ad materiem referuntur. Materia est caro, species est ignorantia & cōcupiscentia. Cur igitur caro accusatur, cū tantæ sint in specie labe? Quia nihil species potest sine materia. Deniq; nihil species securis sine materia facit. Quid enim esset cōcupiscentia, nisi ea caro inflammaret? Eriget in semibus, in pueris quoq; (quia his corpus infernum est) ardet, in adolescentibus uis corporis seruet. Ex bonis igitur mala orta sunt. Non enī mala sunt, nisi quæ priuatur bonis. Per mala tamen factū est ut bona emerent. Ergo indigentia boni, radix malitiae est. Definitione boni malitia deprehenditur, quoniam per disciplinam boni malum reperitur. Bonum autē nullius eget, sibi abundat, mensurā & perfectionē, finem quoq; tribuit omnibus, in quo uniuersa constat,

Ioan. 14.

Ioan. 17.

Astus. 4.

L

Psal. 92.
Psal. 103.

M

Mat. 28.

Psal. 29.